



SECUNDA PARS COM- mentariorum viri Clariss. Ioannis Ignaci

IURIS VTRIVSQUE DOCTORIS

Aurelij, in Rethomagensi Senatu Praesidis, in Titulum de

Senatusconsulto Sillaniano & Claudiano, libro

Digestorum vigesimali.

*CVM ARGVMENTIS, AC INDICE, QVO
quicquid inest praedari, scituç dignum facilius cuius obuium sit.*

Num. A. 8. cap. 5. num. 33.



Cum Priuilegio Regio ad VII annos.

Lugduni,

APVD VINCENTIVM DE PORTONARIIS.

&

Aurcliæ,

IN AEDIBVS FRANCISCI GVEYARDI.

M. D. XLI.

COLL. SOC. IESV \$ALM. EX DONO REGVM.

SECVNDA PAR S COM mentariorum V.C. Ioannis Ignici

DOCTORIS AVRELII, IN TI-

tulum. ff. de Senatusconsulto Sillaniano & Claudia-
no. libro Digestorum vigesimono.

VLPPIANVS.

Necessarios hæredes puto edicto comprehendendi si se immisceant hæreditati: nec bonorum possessionem peti Prætor permittit. & ego puto ad omnes bonorum possessiones hoc edictum pertinere.

Summarium in præcedentis Legis Lectionem sequentem.

- 1. Immiscere hæreditati dicuntur sui & necessarij hæredes, adire vero hæreditatem extranei. Senatusconsultum Sillanianum ad similitudinem iuri prætorij introductum est.
- 2. Credit o/ ex obligatione patris filium conueniens, et unde probare debet se paternæ hæreditati immiscuisse. Filius iure prætorio non tenetur creditoribus hæreditarij, nisi lese hæreditati immiscuerit.
- 3. Aduocatus in filium ut patris hæredem concludens, qua vti debeat cautela.
- 4. Ius unum ad aliud trahi potest ob rationis identitatem.
- 5. Adiunctionis, immixtionis simul, & bonorum possessionis idem iudicium.
- 6. Adiunctionis in quibus differat à bonorum possessione. Iussus in adiunctione, ratihabilitate in bonorum possesso præcdere debet.
- 7. Bonorum possessiones ordinariae sex sunt, & extraordinariae septem.
- 8. Bonorum possessionem satis petere censerunt, qui eoram iudicie agnoscit eandem. Prætor ius ciuile vel senatusconsulta interpretari potest, tollere autem non sequitur.
- 9. Sui & necessarij hæredes, nisi renuntiant, hæredes erunt in omnem eventum auctoritate legis. Existentia sui hæredis etiam ante hæreditati immixtionem decedentis, transmissionem efficit.
- 10. Homicidium occultum excusat hæredes, ne teneantur defuncti nec emulsi.



OLA SVI ET NECESSARIJ HÆREDIS EXISTENTIA AD PECCAM HUIUS SENATUSCONSULTI NON OBLIGAT, NISI HÆREDITATI SE IMMISCET, NON HABITA DE NECE PATRIS VINDICATA, QUOD AD OMNES HÆREDES EXTRANEOS & BONORUM POSSESSORES PERTINET. h. d.

Prima pars huius legis de suo & necessario hærede loquitur. Secunda addit ad primam partem que de immixtione suorum & necessarij hæredum diffinituit, ut quemadmodum lex duodecim tabularum immixtionem in suo considera-

uit, ius prætorium bonorum possessionem concessit, quam nō nisi supplicio de familia sumpto concedi permittit. Tertia extendit ad omnes bonorum possessiones ultra eam, quæ liberis conceditur, quæ secundum glossam in verbo, omnes, sex sunt ordinariae, & septem prætoriae, vt in toto titulo Institu. de bonorum possessionibus. Secunda pars est inversa. nec bonorum possessionem. Tertia est ibi, & ego puto.

In textu, necessarios, intelligit de suis & necessarijs, de quibus in §. sui. Institu. de hære. qualit. & differ. & §. sui. Institu. de hæredi. quæ ab intensa. deferuntur. I. necessarijs. ff. de acquirenda hære, qui per illos text. nō adire proprie, sed immiscere dicuntur: t̄ quoniam immiscere suorum & necessarij est: adire vero extraneorum §. extra- neis. Instit. de hæredū qualit. & differ. gloss. in rubrica & in I. ei qui in prima glossa ff. de acquirendis hæredi. Licet plerūq; pro immixtione à legislatore adiatio, aut verbum, adire. scribatur. I. j. §. si adita. ff. ad senatuscon. Tertiul. gloss. in I. eum bonis patris. ff. de acquirendis hæredi. Et hūc text. sæ plus in I. prima. §. si pater ab hostibus. suprà eo. Induxi vt quanvis de iure ciuili legis duodecim tabularum sola sui hæredis existentia operaretur effectum transmissionis ad suos, aliosve plerosque effectus producat, quorū illic meminimus. Tamen ad similitudinem iuri prætorij hoc senatusconsultum introductum est: quo sui & necessarij hæredes peccare huius senatusconsulti non subiiciuntur, nisi se hæreditati immisceant: sicut nec extranei hæredes, si hæreditatem nō adeant: vt dicuntur in §. seq. Et hoc respectu est dare medium inter mortem & immixtionem, non autem inter mortem & sultatem, seu existentiam sui hæredis: quia statim sui sunt legis virtute hoc operante: vt non dicatur aliquo momēto hæreditas vacasse. Licet contrarium Din. sentiat in I. prima. §. si pater in verbo, existat suprà eodem, sed contra Din. est text. in I. in suis. ff. de libe. & posthu.

De Senatusc. Silla. L. Necessarios.

3

bōnorū possēssio tantū de iure prætorio operatur, quantum aditio de iure ciuili. l. iij. & iij. ff. de bono. pos. Licet quantum ad productionē actionis aliqua videatur inter eas constituta esse differentia, eo quod prætor hæredem facere nō potest. §. quos autem. Instit. de bono. pos. quāuis loco hæredum sint, per illum text. & dictam l. i. & iij. ff. de bono. possel. quod declara ut illic per Bart. Ceterum quantum ad rationem huius senatusconsulti communis est cum ea quae iuris est prætorij, videlicet, ad commoda & incōmoda hæreditaria & dominij rerum hæreditariū acquisitionem, & ideo vtriusque effectus īdem sunt, vt hic dicitur, & in dicta. l. i. iij. & iij. ff. de bono. possel. titu. generali. Ex his glos. est recte expedita, ex qua tria colligi possunt: † sex esse ordinarias honorum possēssiones, & septem extraordinarias, omnesq; prætorias, & edic tales: vt in. l. j. ff. de success. edicto. l. vnica. ff. si tabul. testa. nullæ exta. l. prima. ff. vnde cogn. & toto titulo. Instit. de bono. pos. quæ olim nisi decrete hæreditatem consequi non poterant. l. fina. §. fini autem ex alia. versie. nos itaque. C. de cura. furio. l. prima. §. decretalis. ff. de success. edict. Hoc die decretum necessarium non est, sed sola agnitione coram iudice facta sufficit, dicta. l. fina. §. nos itaque. & l. fina. C. qui admit. ad bono. pos. pos. §. si. Instit. de bono. pos. Et quāuis glos. in dicto §. si. in verbo, pro petenda. dicat olim edictalem posse competere, etiam si decreto prætoris non peteretur, dicta. l. tertia. §. sed si nemo. ff. de bono. possel. certe ille tex. contrariū dicit: & ipse idem Accurs. in eadem. l. tertia. §. sed & si nemo. in verbo, prætoris. contrarium sentit, & rectius, quia quāuis edicto prætoris omnes illæ honorū possēssiones concederentur, effectū tamen non con sequebātur, nisi decerneret iudex. Et hoc verum est, dicta. l. prima. §. decretalis. ff. de success. edict. hoc clare probat. l. prima. ff. de bono. possel. in verbo, admīsa. Imo certa solennitas, inquit illic glos. seruanda erat, dicta. l. fina. §. nos itaque. C. de cura. furio. & l. si. C. qui admit. ad bono. pos. pos. ibi, vt verborū inanitum excludamus captiones. Et idem sentit. §. fin. Instit. de bono. pos. in verbo, petenda. Et satis, inquit ille tex. dicitur petere qui corā iudice eam agnoscit. Et ille text. & reliqui similes, quorum suprā meminimus, optimo sunt argumēto cum satis petere qui rem apprehendit. §. fin. Instit. de hære. quali. & differ entia. l. recusat. ff. de acquirendā hæreditate. Secundō glos. hic declarat quid operatum est ius prætorium circa suistatem: Quia sicut hæ redem prætor nō facit, vt suprā dictum est. §. quos autem. Instit. de bono. pos. quia in potestate non est prætoris ius cluse, vel cōstitutionem, vel se natus consulta tollere, sed interpretari & mode zarī tantum, quantum æquitas suadet, vt inquit Accurs. in. §. j. Instit. de bono. pos. in verbo, emendandi. & in verbo, emendauit. l. vnica. in princi-

ff. si tabu. testa. nullæ exta. Et dicta. l. i. In princ. ff. de success. edicto. Et ideo est, quod is qui de iure ciuili legis duodecim tabularū hæres suus, & necessarius factus est, nō definit suus hæres esse, sed nomine tātum, inquit hic glos. & recte. l. ne cessarijs, hic in glos. alleg. Ego plura dixi in dicta. l. j. §. si pater ab hostibus. suprā eodē. l. cūm quasi. §. sed & si quis. & illuc glos. in verbo, tam eti. ff. de fideicomis. liber. l. ex facto. §. Julianus Longinus. de vulga. substitut. §. restituta. Instit. de fideicomis. hæredi. l. & si ex modica. §. si si lius. ff. de bo. liberto. simile est in hoc senatuscōsulto, quod rationem iuris prætorij accōmodauit, quo etiam tempus consequēda hæreditatis præfinitum est in fauorem creditorum, dicta. l. j. ff. de success. edicto. & §. fin. Instit. de bono. pos. l. iij. ff. quis ordo in bono. pos. serue. similiter in fauorem testatoris, & Reipublicæ ne mors inulta sit, non vult hæreditatem adiri, nisi sumpto de familia supplicio: nec filius quāvis nomine hæres sit, secundūm iuris communis dispositionem, tamen creditoribus hæres non est, nisi se immiscat, sicuti est de iure prætorio, dicta. l. necessarijs. ff. de acquirendā hæredita. & §. sui. Instit. de hære. quali. & differēta, dixi suprā, non repeto.

Tertiō. glos. opponit de. l. j. §. quid ergo si do minus suprā eodē titu. glos. solut, & dicit illum text. in extraneo intelligit. Illa solutio nullo modo satissicit. Nam ista lex de quoctūque hærede & honorum possēssore intelligitur. Imo hæc lex videtur tollere dubiū, quod fieri poterat. An ea quæ in præcedētibus legib; præfertim in proxima præcedēte de extraneo hærede dicta sunt, ad suos & necessarios hæredes trahi deberent: quod non videbatur: † quia in omnem euētum sui & necessarij hæredes, si non renuntiant, hæredes sunt legis authoritate: quia iure ciuili etiam si renuntiant, nomine adhuc hæredes sunt, vt suprā dictum est post glos. nostram, cui Roma. hic addit. l. pro hærede. §. Papirianus. & l. Julianus. alijs incipit, si pupillus. ff. de acquirendā hæredi. Et ultraquam glos. hic & Roma. dicāt, facit alia cō sideratio, quæ in princisp. huius. l. & in. l. prædente dicta sunt: quia sui hæredis existētia operatur trāmissionē, etiam si prius decebat quām hæreditati se immiscuerit. l. cūm quidam. §. sui. & l. ventre. ff. de acquir. hæredi. vnde non videbatur tāta esse in suo & necessario hærede dubitatio, quanta in extraneo. tamen senatusconsultum suos & necessarios, & quoscunque alios hæ redes & honorum possēssores ad similitudinem extraneorū hæredum vult regulare, vt cur ēt sup plicium de familia aliumere priusq; adeat, aut se immiscēant, vel honorum possēssionem agnoscant, secundūm ius nouissimū, & secundūm ius Digestorum decretum super petita honorū possēssione postulent, ne que differentia esse potest. Tu igitur dic illum. §. quid ergo si dominus, nō tantum extraneum excusare, sed & quoscunque

Index Alphabeticus.

- Vassalus, feudi domino incolanitatem debet. in. 5. si unus ex dominis. nu. 123. fo. 32.
- Vassalus fortiori iure constringitur domino, quam filius patri, seruit domino libertus patrono. in. 1. fidei commissum. nunc. 113. fo. 168.
- Vassalus maior monachum contra deum cum filia aut sorore iniurii domini sui quando posset puniri. in. 1. fidei commissum. nu. 68. fo. 161.
- Vassalus uero tenet domino receptori adversus antiquorem. in. 1. fidei commissum. nu. 63. fo. 162.
- Vassalus nulla antiquam tempore rem feudalem adversus dominum prescribit, neque dominus in vassallum. in. 1. in cognitione. nu. 126. fo. 86.
- Vassalus secreta & consilia domini sui silentio conservare debet quoniam maxima. in. 1. fidei commissum. nunc. 166. fo. 174.
- Vassalus per dominum utare est prestatum tenetur. in. 1. fidei commissum. nu. 72. fo. 164.
- Vestigiale non quando est a quibus imponi possint, in. 1. fidei commissum. nu. 220. fo. 187.
- Vendens rem in iugis non necesse est coalitus, etiam sine iudice arbitrate, in iugis non incidit vitium. in. 1. heres qui. nu. 4. fo. 113.
- Vendens rem suam metu coalitus qua actione possum repetere, si captor obtulerit vendidit. in. 1. in cognitione. nunc. 139. fo. 55.
- Vendens scienter rem in iugis, pretio spoliatur quod fisco conservatur. in. 5. ex hoc editio. nu. 70. fo. 147.
- Venditio consensu matro perficit a maioribus uigintiquaque annis, non potest resoluta. in. 1. si exheredatus. sub nu. 30. fo. 62.
- Venditio, cui dolus causam dedit, in effitu nulla est. in. 1. si exheredatus. nu. 76. fo. 62.
- Venditio solo captoris causa, rescindi debet. in. 1. si exheredatus. nunc. 10. fo. 59.
- Venditio perfecta consensu matro resoluta nequit. in. 1. si exheredatus. nu. 65. fo. 63.
- Venditor ad expensas non tenetur captori, cui res cedita est, nisi a die quo noctas fuit. in. 5. praevidit iniuriam. nu. 21. fo. 119.
- Venditor ad vendendum circumvenit quidam actionem de dolo famosam intentare possum. in. 1. si exheredatus. nu. 10. fo. 64.
- Venditor bonorum fidei quidamque tenetur de emptione. in. 1. si exheredatus. nu. 19. fo. 62.
- Venditor cognoscens se deceptam, rem venditam nondam traditam retinere potest. & captor deceptus pariter pretium restituere. in. 1. si exheredatus. nu. 60. fo. 60.
- Venditor conuentus in causa appellationis tantum, si succubat coram iudice ad querentem, non tenetur ad sumptus foedos coram iudice a quo. in. 5. praevidit iniuriam. nu. 19. fo. 119.
- Venditor de evictione consentit a sententia recte lata appellare debet. in. 5. praevidit iniuriam. nu. 12. fo. 118.
- Venditor de evictione tenetur, cu per emptorem evictio remissa non emittatur. in. 5. praevidit iniuriam. nu. 14. fo. 118.
- Verba in contractibus posita, quicunque minima aliquid operari debent. in. 1. in cognitione. nu. 168. fo. 91.
- Verba in suo proprio significato accipi debent, nec absque argenti & nummi acceptitate impro prianda. in. 5. si unus ex dominis. nu. 46. fo. 34.
- Verba legis cum potentiore effectu in similibus accipi debent. in. 1. lege Cornelii. nu. 71. fo. 119.
- Verba litterarum non semper ad rigorem sunt servanda. in. 5. si unus ex dominis. nu. 76. fo. 33.
- Verba in iure temporis regulariter sententiam desiderant. in. 5. non alias. nu. 127. fo. 16.
- Veritas si nra directe facilliter erit posse, iuxta subsidiarijs dandus non est locus. in. 1. in cognitione. nu. 8. fo. 78.
- Via publica non patitur prescriptionem, etiam si mille annis per eam ad loca incesserit. in. 1. in cognitione. nunc. 104. fo. 82.
- Vim ut repellere licet in angone. in. 5. si unus ex dominis. nu. 83. fo. 38.
- Vindicta mortis defensio statim fieri debet, in favore ipsius defuncti, pro Reipublica interesse, & in amicorum solatum. in. 1. in cognitione. nu. me. 67. fo. 79.
- Vincula quo dentur ei qui carcera effugit, arbitrio inducuntur. in. 1. lege Cornelii. nu. 54. fo. 137.
- Vindictam auctoritatem sua assumere quando cuncte licet. in. 5. si unus ex dominis. nu. 88. fo. 39.
- Violator pacis a facie iudicis fugient, bonorum publicatione pauciter. in. 1. lege Cornelii. nu. 14. fo. 134.
- Vitium litigiosi qua iure antiquo emendari solitus fuit pater. in. 5. ex hoc editio. nu. 71. fo. 147.
- Vito capi potest de latrone insidiis parallelo, per unumquaque absque indicis auctoritate. in. 5. non alias. nu. 123. fo. 15.
- Vito de morte testatoris, tan ipius defuncti sauro tam Reipublica fieri debet. in. 1. si sequens. nunc. 32. fo. 104.
- Vitionem de homicidio fieri Reipublica interesse, ne dum occisi. in. 1. si sequens. nu. 7. fo. 101.
- Vniversalis dictio omnes qualitatibus cuiuscumque comprehendit contrahentes. in. 5. ex hoc editio. nu. 7. fo. 141.
- Vocari in iuris qui prohibetur. in. 1. fidei commissum. sub nu. 243. fo. 185.
- Voluntas principis iuri debet esse consonus. in. 1. in cognitione. numero 129. fo. 36.
- Voluntas testatoris caduta differt ab ea que pro non scripta habita est. in. 1. cum fisco. nu. 2. fo. 47.
- Voluntas testatoris non debet illudi, cum tempore longo ejus in pendent. in. 1. in cognitione. nu. 152. fo. 89.
- Voluntas se matronum non contractarum, en peccet si pretio uox rem dixerit. in. 1. fidei commissum. nu. 76. fo. 163.
- Vulsus sine possessione locum non potest habere, sicut nec prescriptio. in. 1. in cognitione. nu. 95. fo. 83.
- Vile Reipublica potius attendi debet, quam quod priuato cuiquam. in. 5. si unus ex dominis. nu. 13. fo. 31.
- Vultus publica semper est priuata preferenda. in. 1. senatus consulto. nu. 15. folio. 42.
- Vulnerans aliquem in domo communione tenetur. in. 5. si unus ex dominis. numero 2. fo. 120.
- Vulnerans de vulnere, examinatis ante id de occiso tenetur. in. 5. si unus ex dominis. nu. 58. fo. 36.
- Vulnerans non semper tenetur de morte vulnerati. in. 5. ubi quis incuria. nu. 12. fo. 20.
- Vulnerans quando de morte non tenetur subsequente. in. 5. non alias. nu. me. 134. fo. 17.
- Vulnerans quem animo occidendi, non est ut homicida puniendus. in. 5. si unus ex dominis. nu. 61. fo. 36.
- Vxor dicitur socius divine & humanae domus. in. 5. si unus ex dominis. nunc. 24. fo. 32.
- Vxor que, qualis, qualiter, ex a quibus accipi debent. in. 1. fidei commissum. nu. 96. fo. 166.

FINIS.

Ordo chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.
ABC D E F G H I K. aa bb Cccccc sunt terniones, cc, duernio.

Lugduni,

EXCVDEBAT IOANNES BARBOVS.

